

Bellum octauum

acriter fuit pugnatū. Propter qđ ex
vtraq; parte multi sunt celi. s; plures
ex grecis. De filijs vō naturalibus re
gis pami infra dies illos sex interfecti
fuerūt. et hector iterū in facie vulnera
tus. Quare rex priam regi Agame
noni nuncios suos mittit. sex mēsiū pe
tit inducias. q̄ sibi p̄cesse fuerūt treu
ga firmata.

De octauo bello.

Firmatis igitur
sex mensibus datus ad treu
gam infra hos Hector sibi
de vulneribus suis medetur tacens
tunc in aula pulchritudinis nobilis
ilion de qua mirabilia scripsit dares
Dixit enim eam fuisse totaliter insti
turam de duodecim lapidib; alaba
stri cum et ipsa esset longitudinis pas
suum fere viginti. Eius pavimentū
fuisse dixit de crystallo firmatū et pa
rietes eius pariter incrustatos ex di
uersis lapidibus preciosis. In cui;
quatuor angulis colūne quatuor
de onichino erant extense p̄ceritatis
affixe. Sic erant eiusdem generis ca
pitella et sic erant bases ipaz. In su
mmate columnarū vō ipsarū erāt de
auro quatuor imagines collocate
mirabili arte mathematica institute
de quib; dares et earū aspectib; mul
ta descripsit. Que magis instar ha
bent inanū somniorū q; cernitudinē
veritatis. licet ipse dares fuerit profes
sus ea vera fuisse. et idō de eis obmis
sum est in hac parte. Interim rex pri
amus naturales filios suos mortu
os fecit inter alios fratres eoz hono
rificè sepelire facta eoz cuiuslibet ier
monii sepultura nimium preciosa.
Diomedes vero q̄ totus erat in
amore bulaide calefcens quid faciat

ignorat. et eius animus vt mortis est
amatorū desiderantiū amatrices eoz
rum quas habere nō possunt. diuer
sis funditur i curis. cibo et potu ma
le vesci desiderat. Et dum vigilijs cō
tinuis macerat in solatiū sui doloris
sepi; videre bulaidā accedit. et eā sup
plex horat vt sibi p̄sentat in multitu
dine lacrimarū. S; illa q̄ multuz vi
gebat sagacians astucia spem Dio
medis sagacib; machinatorib; differ
re pcurat. vt ipm afflictū amoris in
cendio magis affligat. et ei; amoris
vehementia in maioris ardoris aug
mentū extollat. Unde sua calliditas
te se nolle nō negat et velle i expectati
onis fiduciā conat ponere diomedē
Elapsis igit sex mēsiū datus ad treu
gam duodecim dieb; sequentib; cō
tinue fuit pugnatū. infra q̄s mlti de
nobilib; virulq; parns interfecti fu
erūt. cū tunc feruentis estatis nimio
inualecente calore magna mortali
tas grecos inualit degētes in cāpis.
Quare agamenon a rege priamo p
treuga triginta dierū inducias postu
lauit. q̄s rex priamus concessit eidem.
Elapsis vō triginta dieb; p̄dictis
vtraq; pars parat ad bellū. Terum
a nocte qua erat p̄m; dies belli futu
rus post p̄dictas decursas induci
as andrometa vxor hectoris. de qua
hector iā sustulerat duos filios vnū
nomine Laomedontam. et aliu no
mine Astionactam. q̄ minor primo
adhuc a matris vberē depēdebat. de
p̄dicto hectore vidit in somnijs satis
terribilem visionē. q̄a si hector ea die
egrederetur ad bellum euadere non
poterat quin interficeretur ab inimi
cis in ipso bello Andrometa igitur ex
tali mirabili visione valde perterri
ta. fluuiales prorupit in lacrimas. et